

delecti sunt; etiam interior substantia resinosa constabit totidem annulis annotinis; si 40, etiam 40 annulis resinosis, et sic porrò. Ideòque quùm in apricis rami arboris diutiùs permaneant, sequitur quòd etiàm ligni substantia mollior erit copiosior; contrà in locis angustioribus natæ arbores.

Antè aliquot annos in Sueciâ grassabatur nimibus endemicus, qui magnam stragem intulit rusticis. Hujus notæ erant : spasma occupabatur primò digiti manuum et pedum; deìn manus, genua, cubiti contrahebantur summâ vehementiâ; demùm dorsum, ultimò et collum flectebatur, dùm periebant. Spasmi hi tantâ vehementiâ et tam horrendo dolore infestabant, ut clamabant tanquàm in igne projecti; rediit paroxysmus multotiès de die. Infestat :

- 1° Homines tantùm rusticos;
- 2° Non infantes;
- 3° Tantùm autumnò;
- 4° Rarò etiam domestica animalia adgreditur;
- 5° Durat sæpè per 2 seu 3 menses;
- 6° Si unus eo laborat, brevè plerique, si non omnes, in domo laborabunt;
- 7° Tangit tantùm Scaniæ, Blexingiæ, Hollandiæ, Smolandia et Wastingal. incolas, nunquàm regiones et provincias magis boreales;